

nemoribus conseruet. eoq; libentius ipse ad lectione
sacrorum libroru;, haec philosophica studia adiungo,
ut exemplu; inuitet alios ad studia colenda. Quanq;
igitur Ecclesiæ ruris, & haec nostra studia, & hominu;
candor ac humanitas in hac solitudine magnæ mihi
uoluptati sint, tamen urbanis cōmodis non prorsus
carere possumus, præsertim ubi uicina est Academia.
iuuat ibi interdū aliquid sciscitari de artibus, neesse
est etiam interdū explorari aliarum Ecclesiarum statu;
meæ Ecclesiæ cōmonefaciendæ causa. Nam de tyran
nis nihil sciscitor. Interdū opus est nobis Medicoru;
consilijs, qua in re & tuam & aliarum humanitatem
sæpe sum expertus, & p̄fiteor gratitudinē me uobis
debere, quam ut prestem toto pectore Deum oro, ut
ipse beneficia uestra compenset; sicut promisit se am
plam mercedem daturum esse omnibus, qui uel potu
aquaæ frigidæ ministros Euangelij adiuuant. Volui
autem edi hunc librum auspicio tui nominis, non so
lum ut hac commemoratione meam gratitudinem
significarem, sed quia non solum in medendo à te ad
iuor, sed etiam in hoc toto genere studiorum philo
sophicoru; sæpe tuis eruditissimis sermonibus fruor.
Dei beneficio tua opera fideli grauissimo morbo &
cruciatu liberata est charissima cōiunx mea, huius tui
officij testis est mea uicinia, quod omnium longe fuit
mihi gratissimum. Præterea eo etiam nomine plu
rimum te amo, quod ad uestram illam Physicen seu
Iatricen, hanc nostram doctrinā addis, ipse scio quan
tum